

30. *Verpflichtung des Rektors der Pfarrkirche in Winterthur* **1383 Juli 10. Winterthur**

Regest: Vor dem Notar und Zeugen verpflichten sich Walter von Hof, Sohn des verstorbenen Liebhard, Bürger von Konstanz, und sein Sohn Johannes, Rektor der Pfarrkirche in Winterthur, zur Einhaltung folgender Bestimmungen: Walter von Hof soll dafür sorgen, dass sein Sohn Johannes seine Pfründe nicht eintauscht, solange er lebt oder im Besitz der Pfarrkirche ist (1). Johannes soll seinen Wohnsitz in der Stadt haben, sobald er mündig sein wird (2). Er soll vakante Pfründen, deren Kollatur ihm zusteht, den Kandidaten übertragen, die Schultheiss und Rat mehrheitlich gewählt haben (3). Walter soll seinen Sohn anhalten, die Leutpriesterstelle einer geeigneten Person, die dem Schultheissen und Rat mehrheitlich genehm ist, für den Zeitraum eines Jahres zu übertragen und nicht länger, es sei denn mit ihrer Zustimmung (4). Er soll Johannes veranlassen, dass die Kapläne, Altaristen, Pfründner und anderen geistlichen Personen beiderlei Geschlechts in Winterthur ihre gewohnten Einkünfte erhalten (5). Er soll dafür sorgen, dass Johannes die Rechte des Kirchenbaufonds wahrt (6). Der Rektor soll jedes Jahr auf eigene Kosten eine geschmückte Osterkerze am gewohnten Ort im Chor der Pfarrkirche aufstellen (7). Der Notar Heinrich Jakobi von Reichenau beglaubigt das Instrument, das er auf Bitten des Schultheissen Konrad von Sal und des Rats von Winterthur ausgestellt hat, mit seinem Notarzeichen unter Nennung der Zeugen Johannes Dürr, Konrad Nägeli, Johannes Christen, Johannes Christen, Johannes Bader und Konrad Sittkust, Einwohner von Winterthur.

Kommentar: Das Patronatsrecht der Winterthurer Pfarrkirche wurde von der Stadtherrschaft ausgeübt. In der Aufzeichnung der Rechte und Einkünfte der Herzöge von Österreich wird die Kollatur erwähnt (SSRQ ZH NF I/2/1, Nr. 13). Die Präsentation eines Kandidaten delegierten die Fürsten bisweilen an den Schultheissen und Rat, wie eine Vollmacht von 1463 dokumentiert: wenn der kirchherr Conrad von Reischach mit tod abgeet, das dann die egenanten schulthaiß und rat zu Wintertaur den erbern priester Petern Keyser von Kempten zu derselben pfarrkirchen zu sant Laurentzen dem bischof ze Costentz presentirn mugen und sullen (TLA Libri fragmentorum, Bd. 5, fol. 119r). Zum Verfahren der Übertragung von Pfarrpfründen, Vorschlag eines Kandidaten gegenüber dem Bischof durch den Patronatsherrn, Bekanntgabe dieser Präsentation durch den zuständigen Landdekan im Auftrag des Generalvikars (Proklamation), Investitur des Kandidaten durch den Bischof, sofern auf die Proklamation keine Einsprache erfolgt war, und dessen Einführung durch den Landdekan, vgl. Arend 2003, S. 197-203.

Die weltliche Kirchenaufsicht war von lehensrechtlichen Vorstellungen beeinflusst und beruhte auf vertraglicher Basis. Sie lag in der obrigkeitlichen Verantwortung für das Gemeinwohl begründet, welche auch die Sorge um das Seelenheil der Gemeindeglieder umfasste, vgl. Volkmar 2013, S. 114-119, 123-125. Der Pflichtenkatalog der Rektoren der Pfarrkirche von Winterthur wurde bis zur Reformation nur geringfügig modifiziert, vgl. SSRQ ZH NF I/2/1, Nr. 200.

In nomine domini amen. Per hoc presens publicum instrumentum cunctis ipsorum intuentibus pateat evidenter, quod sub anno a nativitate eiusdem millesimo tricentesimo octuagesimo tercio, indictione iuxta stilum Romane curie sexta, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini, domini Urbani dingna dei providencia pape sexti, anno ipsius sexto, mensis iulii die decima, hora primarum vel quasi, in stupa domus sociorum in Winterthur, Constanciensis dyocesis, in mei notarii publici et testium subscriptorum presencia personaliter constituti^a discreti Waltherus de Hof, natus quondam Liephardi de Hof, civis Constanciensis, et Johannes filius suus carnalis, rector ecclesie parrochialis in Winterthur, incolomes et sani mentis et corporis, non vi nec metu compulsi nec

dolo aliquo, ut asseruerunt, circumventi, sed sponte et libere ex certa scientia fatebantur hec infrascripta.

[1] Et primo Waltherus de Hof prefatus fatebatur, quod ipse ordinare debeat apud Johannem, filium suum carnalem, rectorem in Winterthur predictum, ut
5 idem Johannes pro tempore vite sue et quamdiu ecclesiam parrochiam in Winterthur teneat, quod etiam eam pro nullo altero beneficio commutare seu permutare debeat.

[2] Item quod idem Johannes rector, filius suus, personalem residentiam in oppido prefato teneat, dummodo etatem debitam seu annos maturos attingat.¹

[3] Item quod ipse rector beneficia seu prebendas vacantes, quorum seu
10 quarum collatio ad ipsum pertinet, personis talibus conferat, quas schultetus ibidem et consules protunc existentes seu maior pars eorum ad hoc duxerint eligendas.

[4] Item Waltherus prefatus fatebatur, etiam quod ipse ordinare debeat, quod
15 ipse Johannes, filius suus, rector ecclesie parrochialis in Winterthur, plebanatum uni persone ydonee et legali, que prefatis schultetis et consulibus ibidem protunc existentibus vel maiori parti ipsorum placuerit, conferat ad anni spacium et non ultra, nisi fiat de consensu prefatorum sculteti et consulum oppidi prefati in Winterthur.

[5] Item quod^b ordinare debeat apud Johannem rectorem prefatum, quod ipse
20 cappellanos, altaristas, prebendarios seu quascumque religiosas personas utriusque sexus, cuiuscumque gradus seu status fuerint, in Winterthur morantes gaudere permittat consuetudinibus ad ipsos vel ad ipsas deductis.

[6] Item et quod ordinare debeat, quod idem Johannes filius suus fabrice prefate ecclesie parrochiali in Winterthur et iuribus et consuetudinibus sibi pertinentibus et ab antiquo ad ipsam deductis in nulla parte detrudere vel diminuere
25 presumat.

[7] Et quod idem Johannes rector prefatus sub expensis suis annue unum cereum pascale bene ornatum tempore paschali procuret poni ad chorum ecclesie
30 parrochialis in Winterthur et ad locum suum debitum.

Item Watherus de Hof prefatus fatebatur, etiam quod ipse se ad omnia et singula de ipso et Johanne filio suo prescripta astrinxisset per iuramentum sollempniter interpositum, quod etiam schulteto et consulibus oppidi in Winterthur prestasset. Et deinde promisit michi fide data nomine iuramenti, quod ipse
35 Johannem rectorem prefate ecclesie parrochialis in Winterthur, filium suum, ad servandum omnia et singula, que de ipso conscribuntur, inducere debeat et velit. Postea vero prefatus Johannes rector ecclesie in Winterthur promisit michi notario infrascripto fide data nomine iuramenti, ut omnia ista, que de ipso et Walthero patri suo premittuntur, fideliter et sine dolo servare velit et quod
40 contra ipsa numquam facere vel venire debeat in iudicio vel extra, quovis etiam ad hoc ingenio vel colore quesito.

Et, ut hec in publicam formam redigerem, discretus Cūnradus de Sal, schultetus, necnon consules oppidi in Winterthur instanter me notarium publicum cum diligentia requisiverunt.

Acta sunt hec anno, die, mense, hora, loco, indictione, pontificatu quibus supra, presentibus discretis: Johannes dictus Tūro, Cūnradus Nāgilli, Johannes Cristan, Johannes Cristan, Johannes Bader et Cūnradus Sittkost, oppidani in Winterthur, testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

[Unterschrift:] [Notarzeichen] Et ego Hainricus Jacobi de Augia maiori, clericus Constanciensis dyocesis, publicus imperiali auctoritate notarius iuratus, quia reconicioni [!], fassioni, astrincioni [!] et promissioni aliisque et singulis premissis, dum, ut premittitur, agerentur et fierent, presens una cum prenominatis testibus, temporibus et locis prescriptis interfui eaque sic fieri vidi et audivi, idcirco hoc presens publicum instrumentum manu mea propria conscripsi et in hanc publicam formam redegī signoque meo solito et consueto signavi in testimonium omnium premissorum.

[Vermerk auf der Rückseite von Hand des 15. Jh.:] Instrumentum Johannis de Hof, rectoris ecclesie in Winterthur, super articulis per eum servandis

Original: STAW URK 271; Heinrich Jakobi von Reichenau, Notar; Pergament, 30.0 × 23.5 cm.

^a Hinzufügung oberhalb der Zeile.

^b Hinzufügung oberhalb der Zeile.

¹ Die Präsenzpflicht des Rektors ist eines der Rechte, die König Rudolf den Winterthurern als Stadtherr 1275 bewilligt haben soll und die in einer städtischen Rechtsaufzeichnung von 1297 überliefert sind (SSRQ ZH NF I/2/1, Nr. 7, Teil II, Artikel 2). Die Praxis der Pfründenkumulation hatte offenbar dazu geführt, dass die Rektoren ihre seelsorgerischen Aufgaben in Winterthur vernachlässigt hatten, vgl. Ziegler 1933, S. 6-8.